

LABOR⁴ LITERARIUS

EX GRAVI LEVIS

Redditus Adolescenti cætera opti-
mo, Joanni de Cafarrubios (nos Ro-
sindum dicimus) qui, *cum à Patre, Viro No-*
bili (ita P. Joan. Nadasi S. J. in anno dier.
memorab. die 23. Jan.) *adduci ad studia*
non posset, capris pascendis ad-
motus respuit,

IN DRAMATE

A
SCHOLA POËSEOS
EXHIBITO

Burghusii Mense Junio 1751.

•••••
Typis Leopoldi Klazinger, Elect. Re-
giminis Typograph.

MUSICA INTERCALARIS. APOLOGUS

De mure agresti, & Urbano.

U. Veni, hospes charissime, votis tuis frue-
re! Nihil ruris habet meum hospi-
tium, est sedes voluptatum omnium.

1.	2.
Has ædes ego habito, Deliciarum plenas: Has vias ego ambulo, Tot floribus amœnas.	Hos cibos ego prandeo, Quàm delictatos! Hos somnos ego dormio, O quàm beatos!

Si placent, tua sunt omnia. *A.* Placent,
ne dubita. Sed *U.* Quid sed? *A.* Ignosce
candido, sed ante omnia esurio. Plerumque
domi meus friget focus. *U.* Id loquitur hic
ventris pro ventre locus. Citò satiaberis.
A. Morior, si moraberis.

1.	2.
Non sapio, Hæc avium chromata, Hæc fontium murmura Si defero: Si negligo Hoc coaxantibus Silentium à ranis.	Non facio, Non stagna fetida, Non grana paucula Non præfero: Non æstimo Lautis præ dapibus Mucencis frustra panis.

O quale prandium! *U.* Accede, solemne
sit principium. *A.* Non audeo. *U.* Volo, jubeo.

1.	2.
<i>U.</i> Age! fedel Bibe! edel Mera bellaria Mea sunt fercula.	<i>U.</i> Age! fedel Bibe! Edel Nil nisi Massicæ Dant mea pocula.

Univ. Bibl.

MS. B. 1. 1.

<i>A.</i> Non possum edere.	<i>A.</i> Non possum bibere.
<i>U.</i> Mentiris, cogere!	<i>U.</i> Mentiris, cogere!
<i>A.</i> Quid meæ fieri cuti?	<i>A.</i> Si mens deficiat?
<i>U.</i> Nil metue, salutem!	<i>U.</i> Absit, proficiat!

A. Satis est. Quid agam? crapulam sentio.
U. Dormitum concedamus censeo. Etiam
meum tumultuatur cerebrum. *A.* Rus vale!
vale Elysium. *U.* Posuere capitis intemperiam?
A. Cura te ipsum Medice! meus sum ex integ-
ro, jam enim iterum sitio. *U.* Huic malo ut
occurramus, de merenda provideamus. At
cautè procedendum, mille periculis resisten-
dum. Fatales has fuge machinas. *A.* Sine, quas
offerunt cupedias? *U.* Mortiferas, ne gusta-
veris! *A.* Occidis me! quid loqueris?

1.	2.
<i>U.</i> Quot terræ virent gramina, O fata, fata ferrea! Tot modis capitur, Tot mortes patitur, Qui caret robore, Qui vacat crimine, Exiguus mus.	Nequaquam, testor sidera! O mores! mala temporal! Tot viis petitur, Tot malis premitur, Qui terret nemora, Qui vastat jugera, Fulmineus ius.

Accedit hostis inexorabilis Maumyas. *A.* Tuas tibi ha-
be lautitias! rus meum repeto. *U.* Mane. *A.* Fugio. *U.*
Quò famas, quò sitis abiit? *A.* Disparuit. *U.* Siste, be-
ne cautus nihil adversi patieris, nec nisi vitæ iatur mecum
morieris. *A.* Montes promitte aureos! frustra es. *U.* Heu
nos! en Maumyan ipsissimum, quem viderit, crede occisif-
simum. *A. U.* Me sequere, abscondere! *A.* Audio susur-
rari, subest prædæ spes, mi aureæ muscule ubi es? patientia.

Hæc Maumyæ dos.
Pede venit læneo,
Fixo sedet oculo,
Expectat tacito,
Et necat subird.
Hic Maumyæ mos.

U. Ah parce misero!

M. Vivo? non vivo amplius. Vivo tamen, totis tremantibus artibus. Tantum non expiravi, mirum, si sanguinem non sudavi. Dum licet, maturo consilium, redeo, in mora periculum, jacer, habet! Bene cautus nihil, adversi patieris, nec nisi vitæ sature mecum morieris. Spe mihi imposuit mendace, requiescat in pace.

Huc adeste!	Ah cavete!
Quibus teste	Adhibete
Opus est, O musculi!	Huic aures funeri!
Non optanda,	Hoc ex ore,
Non prensanda	Ex amore
Urbis esse gaudia:	Mihi, clamat, credites
Dulciora,	Rus amate,
Tutiora	Non vitate,
Ruris esse tædia.	Malo meo sapite.

Musicam composuit

Ornatiss. ac Spectatiss. Dominus Wolfgangus Ströcker, J.
U. Cand. Collegiæ Ecclesiæ Oettingæ Veteris Capellæ
Magister.

PERSONÆ.

Rosindus, Prænob. Erasmus Joan. Jos. de Rasco.
Musophilus, *Rosindi Frater*. Prænob. Ferdin. Maria Ant. de
Windter.
Philindus, *Amicus Rosindi*. Joan. Michaël Lang.
Charinus, *Hortensii Filius*. Nob. Joan. Joseph. Wibmer.
Hortensius, *Hortulanus*. Anton. Stollreither.
Dromus, *Rosindi & Musophili Famulus*. Josephus Sebastian.
Reindl.
Lichopinax, *Mus Urbanus*. Christoph. Ignat. Hauch, Synt.
Min.
Sitophagus, *Mus Agrestis*. Jacob. Obermayr, Rud.
Mausmyas, *Felis*. Ignatius Obermayr, Rud.

O. A. M. D. G.